



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Didacus Perez n. 30

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Hæreses  
maiori ex  
parte con-  
cussæ.

Remotique  
Principes  
ad Pontifi-  
cis obedien-  
tiam per-  
ducti sunt.

regione, & noui Orbis insulis ad veritatis lucem eorum ope-  
ra eductos, infideles baptizatos, hæreses Germaniæ maiore  
ex parte concussas, & longe à nostro orbe remotos Principes,  
ad pedum oscula Summi Pontificis perductos, & innumera  
illa vitæ discrimina in publicum commodum exantlata, quæ  
dignissimis hisce Priuilegijs pensare esse operæ pretium Sedi  
Apostolicæ visum est. Hęc omnia breuissima adeo verborum  
serie complecti nequeunt, de hac conscripta sunt integra  
commentaria. Hucusque Iurisconsultus sapientissimus in summan  
Sociorum, ac Societatis commendationem, & laudem. Hoc tanti  
viri iudicium: hoc de Jesuitarum virtute, zelo, ac literis satis cele-  
bre testimonium.

Societas  
Ecclesiæ  
renouatrix  
multa infi-  
delium mil-  
lia ad illā  
conuertens.

Est Olym-  
pus emi-  
nentissimus  
veritatum.

Armarium  
scientiarū:  
Schola vni-  
uersalis no-  
titiarum,  
& energia  
ardens dis-  
cursuum.  
Spongia sa-  
cra eruditio-  
nū, imago  
gloriosa do-  
ctorū, Cli-  
maq; felix  
intellectuū.  
Obiectūsa-  
ma, dolor  
iuidicē, ac  
calcar e-  
mulationis.

30. \* A DIDACO PEREZ Doctore Barcinonensi. In no-  
stris (inquit) temporibus quinquaginta abhinc annis (tot  
tunc anniverant post Societatem fundatam) tantum illa renouauit  
Ecclesiam conuertens infidelium tot decies centena mil-  
lia tam in Oriente, quam in Occidente, vt si ex una parte  
defraudatur Ecclesia, ex alijs decuplo maior, imo & centu-  
plo illi fiat accessio à Domino. Hac ille apud P. Euseb. Tom. I.  
virorum illustr. Soc in vita S. Ignat. P. N. cap. 1. fol. 2.

31. \* A FRAN. IGNATIO DE PORRES Scriptore  
nostris seculi in vulgari lingua non vulgariter floridissimo: qui Tom. I.  
Quadrages. in Dedicatoria ad Societatem ipsam, per plura folia eius  
encomia prosequitur. Religio (inquit) Sacra Societatis IESV est  
Olympus eminentissimus veritatum, Armarium Sacrum  
scientiarum, Schola Vniuersalis notitiarum, Energia ardens  
discursuum, Spongia Sacra eruditio, Imago gloriofa do-  
tum, Clima felix Intellectuum, Obiectum famæ, Dolor in-  
uidicæ, Calcar emulationis. Si vellem Elogia adaugere, aut  
presumerem breui charta concludere, Generalia numerarem  
studia, quæ Societas IESV regit, abijs, quæ eius sollicitudini  
serenissimus Rex Lusitanus Ioannes III. Conimbricę concre-  
didit, ad ea quæ eius doctrinæ Matriti tradidit gloriosissimus  
Imperator triplicis Mundi Philippus IV. Vniuersitates item  
recen-